

rursus collocabitur in plano eclipticæ primi mobilis, Et deinceps redibit prior earundem sectionū dispositio, Perinde atque aliquis punctus eclipticæ decimæ sphaeræ, in inferiori parui circuli a d c e, medietate c e a, secundum, in superiori autem a d c, contra signorum successum seu ordinem delatus describeret circumferentiam parui circuli a d c e, Præterea quoniã per præcedentes hypothefes, duo plana orbis d b g e, & eclipticæ decimæ sphaeræ ad rectos seinuicem secant angulos, igitur paruus orbis f i h k, per eundem magnū circulū d b g e, atq; eclipticam decimæ sphaeram in quattuor scinditur quadrantes f i, i h, h k, k f, paruiq; circuli f i, h k, & eclipticæ decimæ sectio occidentalis quidem sit h, oriëntalis vero sit l. Intelligendum deinde est l, punctū caput esse cancri eclipticæ nonæ sphaeræ collocariq; sub h, puncto seu sectione parui circuli f i h k, & eclipticæ decimæ sphaeræ occidentali sicq; capite cancri eclipticæ nonæ sphaeræ constituto, planum eiusdem eclipticæ in plano eclipticæ decimæ sphaeræ collocabitur, Ab eadem deinde sectione occidentali idem cancri caput recedens mouebitur per superiorem sui parui circuli medietatem h i f, & iuxta signiferi successionē ab h, videlicet sectione occidentali versus i, summitatē parui circuli f i h k, septentrionalem, quare tunc ecliptica nonæ sphaeræ erit i cōtactu eiusdē parui circuli septētrionali, a qua idē caput cancri descendens mouebitur versus f, sectionē eiusdem parui orbis f i h k, & eclipticæ decimæ sphaeræ orientalem sub qua eodem cancri capite collocato, planum eclipticæ nonæ sphaeræ consistet intra planū eclipticæ decimæ sphaeræ, & ab eadem sectione orientali recedens mouebitur æqualiter versus k, summitatē eiusdem parui circuli meridionalem in qua caput cācri consistens ecliptica nonæ sphaeræ tanget paruū circulū f i h k, super k, summitate eius meridionali, de qua idem caput cancri nonæ sphaeræ separatū cōtinuo æqualiq; motu ascendet versus h, sectionē parui circuli f i h k, & eclipticæ decimæ sphaeræ occidentalē, in qua ipso capite cancri nonæ sphaeræ collocato prior dictaq; dispositio redibit. Hinc etiam perspicuū fit q; hæc primatrepidatio nonæ videlicet sphaeræ cōtrario modo se habet